

VITA ET CONVERSIO

B. M.

COMITIS LV-
DEVVICI AREN-
STEINII ORD.

PRÆMONSTR-
TENSIS

CONVERSI ET FVNDATORIS ABBA-
TIAE ARNSTEIN:

EX EIVSDEM MONASTERII BIBLIOTHECA
PROFVLIT

R. P. CHRISTOPHORVS BROVERVS SOCIE-
TATIS IESV PRESBYTER.



MOGVNTIÆ,
EX TYPOGRAPHIA IOANNIS Albini.

ANNO M. DC. XVI.

VITA ET CONVERSIO

COMITIS

DE VITICIA ARDEN

STEFANI ORD

TRIA CONSTRA

EX EIVSDEM MONASTERII BIBLIOTHECA

EX EIVSDEM MONASTERII BIBLIOTHECA

EX CHRISTOPHORUS BROUWERUS SOCIE

H. G. V. N. T. I.

EX LIBRIS SOCIETATIS

1711



AD ILLVSTRIS-
SIMVM ET REVE-
RENDISSIMVM ARCHIEPISCOVVM

TREVER. PRINCIPEM ELECTOREM, &c.

LOTHARIVM

ET

AD ILLVSTRES AC GENEROSÆ

NOBILISQVE STIRPIS COMITES, BARONES,

AC EQVESTRI NOBILITATE CONSPICVOS

VIROS


TRACTVS LOGANÆ AC

WESTERWALDIÆ.

Ffff 2

EPL-

✦


E P I C E D I O N
L V D V I C I B. M. C O -
M I T I S , E X A N T I Q V I S M E M -
B R A N I S A R N S T E L -
N I A N I S .



*ESSVIT hunc florem non Mors, sed vi-
ta, dolorem
Praefert, Tumba brevis, spem vitæ non gle-
ba queuis,
Sed Rosa vernalis Seraphin, quæ plena sub alis
Maestate Dei, tenet, Ecce, locum requiei.
Annus ut M. cum C. rotat octogintaque U.
Vita magnificus, metit astra Comes LVDOVICVS.*

5



INCIPIIT OPV- SCVLVM GESTO- RVM COMITIS LODEWI- CI, FVNDATORIS.



NT ER diuersas mundanarum rerum varietates, & multiformis ingenij studia curiosa, quibus humana necessitas ambiguis vitæ suæ passibus circumfertur, nihil pretiosius est tempore, quod qualicumque processu vel ordine semel elapsum, nec argenti, nec auri pretio, nec vlla valet industria reuolueri. Hoc perpendentes pluri in temporum exactorum viri, ingenio subtiles, scientia pollentes, vita, moribusque sublimes, illustrium facta virorum, sermone lucifluis nostris sæculis inuenerunt, doctrinæ suæ monumenta memorijs posterorum, quasi speciale quoddam speculum relinquentes. Hac ego confidentia, ego, inquam, deiectus vita, nullus in gratia, incultus verbo, pauper ingenio, Comitis Lodewici, viri per omnia virtuosus parentes, ortum, in sancta professione progressum, & felicem in Christo transitum, etsi non aureis, tetrus tamen litteris exarabo, non curans iacula detractorum. Quia *Felix, à tergo, quem nulla Ciconia pinxit.* dicent enim quod materiam tam honestam sermo deformauerit impolitus. Quibus non ego, sed Poëta responderet, *Est quodam prodire tenus si non datur ultra.* Solet tamen in fragili calamo, & in vase fictili dulcedo mellis includi, & ignis duro in silice reperiri. Nec solaris cerei derogat claritati, circumferri solita sapius, & obiecta nubium crassitudo.

*Scriptoria
instu-
tum.*

Fuit in castro quod Arnstein ab antiquis temporibus nuncupatum, & adhuc hodie nomen obtinet, Comes quidam nomine Lodewicus; qui, sicut ab auorum suorum longa prosapia clarus, ita probitatis, & virtutum extitit titulis gloriosus. Hic septem habebat sorores virgines, vultus elegantia gratiosas: in quibus, quasi quodam in speculo vniuersa morum habilitas resultabat. Distat autem locus tribus à Rheno miliarijs versus orientem super Loga-

*Arnsteinij
castri de-
scriptio*

DE SANCTO COMITE

*Dürstari-
nus.*

*Ludovicus
senior Co-
mes Arn-
steinus.*

*Sororum
septem
conugia.
* Tubingen*

*Nassovia
stirps.*

** Valeriani*

*Diethsij
Comites.
Comes
Loyse vel
Loffensis.
Carzen-
elenbogen.
Isenburg.
Sutphania*

*Ludovicus
junior Co-
mes Arn-
steinus.*

nam fluuium in quodam montis supercilio, præruptis & arduis vndiq; montibus circumseptus: habes ex alio latere Dürstā fluuiolū pilcosum satis, molendinisq; , & alijs vsibus, adoptiuo quodā munere, deputatum. Erat verò memoratus locus tam inaccessibleis & munitus, vt ex vno tātum latere montis via sola & admodū stricta difficilem præberet accessum. Iam dictus itaq; Comes in rerum negotijs circumspectus & prudens, super omnia de sororum honestate, & posteritatis successione sollicitus, æstuabat, vt generosæ lampadis claritatem, & puellaris formæ gratiam decenti natalium copula maritaret. Honestis eius desiderijs diuina bonitas salutarem aspirauit effectum.

Nam duæ ipsarum duobus inclitis iunctæ sunt Baronibus Hungarorum non minus solemniter, quam nobiliter desponsatæ. Tertia Palatini Comitis transijt in amplexus de Thuynge, * quam ipsi Comiti frater eius apud sanctum Goarē honorificè præsentauit; ipseq; cum ducentis eam Milicibus & apparatu plurimo ambitiōse recepit. Quarta Nassauven desponsata, Rupertum genuit & Arnoldum, Demudim filiam. Arnoldus Comes pater extitit Ruperti Comitis viri bellicosi, qui in expeditione Imperatoris FridERICI peregrinus obiit in partibus transmarinis. Rupertus frater Arnoldi pater extitit Comitis Valeriani * cuius filij sunt Henricus & Rupertus nunc Comites, quorum mater erat nomine Cune Gundis. Demudis soror ipsorum, nupsit Embriconi, qui pater fuit Comitis Henrici patris Eberhardi Comitis de Diethse. Quinta fuit desponsata Comiti de Loyse mater Comitis Bopponis, & sororis eius Adelheydis, qua Bertoldus & Dietherus Comites de Catzenelenbogen processerunt: Sexta Iysenbursensem profapiam generauit. Septima in Sutphaniensem transijt Comitiam.

Erat præfate Comiti secundum sæculum clari & alti sanguinis vxor Vdilhildis nomine, quæ non solum tanti viri non degeneraret amplexus, sed, & in futuræ sobolis diesceret claritate, quicquid morum, quicquid gratiæ in primogenitoribus, in natis probitatis cereus permisisset. Quid plura? Nascitur eis elegantis formæ filius, & hic diuina Prouidentia vnicus; in quem & patris nomen, & totius Comitix refunderetur hæreditas. Iam enim per partes rescindi non poterat, quod Christus ante tempora sæcularia seruiuentiū sibi puiderat vnitati. Traditur ergo nutrice paruulus educandus, & quasi margaritum cœleste commendatur attentius; & qui futurus erat vas electionis, quotidianis successibus augebatur. Nutrix etiam sollicita plurimum, omnem diligentiam adhibebat. Sed & infantia primo virtutem cum Lacte bibit; & vt breuiter

uiter percurram, teneros annos quædam futura probitatis venustabat imago, vt iam facile posset aduerti, quid in virili sponderet ætate, qui ita puerili ludebat in flore. Euolutis interim diebus, cum iam annos intraret adolescentiæ, quia finis venit vniuersæ carnis, Pater ipsius completis vitæ suæ diebus V. Calend. Iunij pulueri puluerem accommodans, ex hoc mundi naufragio breuis hospes euasit: & in Ecclesia B. Margarethæ virginis est sepultus. Mater vero longo post conuersionem filij tempore viuens, cum originariam terræ particulam mundi curuaret ad vesperam, in prædio suo, quod Vdenkirchen dicitur infirmata, tertio Nonas Iulij diem clausit extremum; & in Ecclesia maiori, Coloniae requiescit.

Ludvico
senioris
obituro.

Vdithildis
comitissa
Arzheimia
Coloniae se-
pelitur.

Filius ergo Lodevvicus, tantorum genitorum successor, & habens domesticæ rei curam, nouus dispensator ingreditur, & mente virum induens, agenda & ordinanda mentis ratione metitur, sagax ingenio, blandus alloquio, largus beneficio, profusus honestatis exemplo, omnium in se suorum præcipue declinabat affectum. Ministeriales suos velut socios sic amabat, quorum consilio super coniugalis copulæ matrimonio perurgetur, quia rei sic poscebat vtilitas. Sed ille primo manum misit ad fortia, & multis amicorum sumptibus & honore succinctus baltheo militari consuetisque sæcularium tirocinijs, contubernij legalis anticipauit accessum. Mediantibus post hæc amicorum consilijs & negotiosis super hoc Comitibus de Bonneburg legationibus, filiam ipsius Gudam nomine, virginem cum magno, sicut decuit exhibitam apparatus, duxit vxorem. Qua diu sterili permanente, & spem prolis infœcunda negante, ceperunt ardentissima spiritus contritione dolere, & pro successore tantæ hæreditatis misericordiam domini votis omnibus implorare. Sed eorum desiderijs infinitis, diuina iam olim prouidentia contraibat: vtpote, qui per seruos suos iure propinquitatis accedere disponebat. Sed quid? Fraudati sunt à desiderio tuo? Minimè. Quomodo non? Latere sterilis, quæ non parit, erumpe & clama, quæ non parturit quoniam filij tui de longe venient, & filia tua de latere surgent. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt. Venient dies, in quibus tantorum filiorum mater gratulabunda cantabis. Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit DEVS. Hætenus

Guda Bonneburgia
Ludvico iuniori
matrimonio iungitur.

Gal. 4.
Isaia 60.
Isaia 8.

O Musa stabis torpentibus vsq̃

Aspirate precor velis intrantibus equor.

Vt in fundamento quodcunq; locatum est, subsequenti ædificij structura meridiet, & pennam Scriptoris inculti tam celebris materiam præconandus semper affectus in auret.

Prædi-

*Arnstein
pradonum
señor.*

Prædicti Comitis Castrum Arnstein vulgariter, Lapis aquilæ, Latino poterit idiomate nuncupari, locus horroris & vastæ solitudinis, aptus ad prædam, habilis ad rapinam, habitatoribus suis lapis erat offensionis, & petra scandali, utpote qui stipendijs suis minimè contenti, totum de alieno, parum de proprio possidebant, quorum miseræ necessitati pauper & inops terra marique defudat, &

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Psal. 103.

*Abdias
v. 4.*

Psal. 54.

Rom. 4.

*Ludovicus
Comes con
uersione n
inchoans,
Soris con
sensum re
quiri.
Isaia 13.
* Prouer. 6.
Prouer. 31.*

Ad hunc ergo locum & naualis viæ precium, & totius provinciæ spoliū veri Pharaonis milites conuictabant. Verè iuxta literam, *petra erinacijs refugium*. obfiti enim erant & aculeis horridi peccatorum. Sicut autem languor capitis decurrit in artus, sic nimirum sordes ac vitia membrorum, virtutem capitis sæpè disturbant. Comes enim quamuis huiusmodi spolijs nullatenus indigeret, reus tamen efficitur ex consensu, & seueri vindicis iram, licet æquanimiter sufferentis, iste tacendo; illi pauperes opprimendo, offenderunt. Sed quo fine? *Verbum Domini ad te O Princeps, si exaltatus fueris sicut aquila, & super astra cæli posueris nidum tuum, inde te detrahā, dicit Dominus.* Quando? Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia. Misit ergo Dominus cor filij sui in cor eius, & repente mutatus in virum alterum, cogitatum iactabat in Domino dicens cum Psalmista. *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam, ecce elongaui fugiens, factusque est sicut aquila,* miro Dei munere, *qui vocat ea, que non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Prouocans iam ad volandum pullos suos, & verbo pariter & exemplo. ut qui consentiendo malis erat odor mortis in mortem, vitæ etiam odor esset in vitam Cogitabat domum orationis ibi facere, ubi *struthiones habitabāt prius, & pilosi saltabant, & Syrenes respondebant in delubris voluptatum.* Sed quia contectalis suæ super hoc requirendus erat assensus, iuxta Salomonē, * discurrebat, festinabat, suscitabat amicam, uti sicut duo erant in carne vna, sic vnus eos spiritus vneret in Deo. *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus precium eius.* Obnititur, & reclamatur, salutaribusque consilijs aures obdurat, ut aspis. Quia verò, per virum fidelem sanctificatur plerumque mulier infidelis, & è conuerso; tandem monitis euisa frequentibus, ad supernæ vocationis brauium promptissima se obtulit voluntate. Verè hæc mutatio dexteræ excelsi,

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Agens ergo gratias Deo, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, tradidit cor suum ad vigilandum diluculo, ut anchoram suæ spei tutam Dominus inflatione locaret, nete.

ne teneras adhuc primitias, aut humani cordis instabilitas alteraret, aut serpentis antiqui calliditas eneruaret venenata. Timebat enim hoc, quod Propheta olim deplorans aiebat, *Facti sunt inimici eius in capite.* Et Salomon. *Fili accedens ad seruitutem Dei, prepara animam tuam ad tentationem.* Accedens, inquit, quia principijs obstat, & capiti bellatorum se semper opponit, versutia tentatoris. Dum in hoc rerum cardine inter spem & metum positus, novus Domini fluctuaret athleta, fundans Sion in Saphiris qui novit omnia antequam fiât, quod præsciuit ab æterno tempore quo voluit, Spiritus sui gratia consumavit. Erat eo tempore quidam Otto ordine Diaconus prædijs ditissimus, nobilis ac generosa Saxonum profapia descendens, consanguineus Comitum memorati, qui & ipse pro amore Iesu Christi larga prædia & amplissimas abdicâs facultates, Ecclesiâ, quæ Gratia Dei dicitur, fundauerat, his diebus secundum regulam Augustini, & Ecclesiæ primitivæ; formamq; & habitum, Dni Norberti Magdeburgensis Archiepiscopi. Cuius, quia memoria incidit, digressoriâ faciêtes, præsentis opusculo quod necessarium viderimus inferemus. Anno Dni M C X I X. beatæ memoriæ Norbertus XIII Magdeburgensis Archiepiscopus venit Præmônstratû, & habitum, quem non ab homine, neq; per hominem accepit, Apostolicis sanctionibus confirmatum, fratribus observandum tradidit, sicut in eiusdem professionis Ecclesijs uniformiter custoditur, in quo & ipse, in sede pontificatus sui irreprehensibiliter vivens, anno gratiæ M C XXXVI. certus de corona iustitiæ cursu vitæ suæ feliciter consummavit, & debito cum honore sepultus in Ecclesia B. Mariæ Magdeburgi requiescit. Nunc ad cœpta redeamus. Præfatus Otto, qui ditissimus erat, Ecclesiâ B. Victoris Martyris de legione Thebæorum, quâ super Salam fluvium construxerat, tantis dotibus ampliavit. Ut tam pro largarum earum quæ fratribus debentur vsibus copia, quâ etiam pro loci amœnitate gratiosa, ipsam Ecclesiam dignè *Gratiam Dei* dixeris appellari.

Auditus huiusmodi Comes de Ottone rumoribus, quasi diuino quodam oraculo comonitus, ad ipsum sine mora profectus, honorificè suscipitur, & cordis thesaurum denudat amico, totumq; pectoris reuelat arcanum, nec sine fructu. Nam ad exequendum, quod mente conceperat, novellæ congregationi suæ missurum se plataria pollicetur. Quanta reuerentia, cum apud ipsos moraretur, quantaue diligentia sit habitus, penna sileat, ubi mentalis affectionis tota loquitur officina.

Sequitur è vestigio reditum ipsi Canonici XII. de Gratia Dei, & fratres conuersi totidem ex lumbis spiritualibus sanatae professionis egressi, in ipso summo angulari lapide Christo Iesu fundameta iacturi, in curribus & carpentibus Bibliothecam librosq; Ecclesiasticos & non

G g g g modi-

Thren. 1.

Eccles. 2.

Ottonis
Diaconi
prædijs
& consanguineis
exemplo Lud-
uici Co-
mes ad
Præmon-
straten-
sium
ordinem
aspirat.
Ecclesia
Gratia
Dei
S. Norber-
tini.

Descriptio
Canonij
Gratia
Dei

Ludovicus
Comes Præ-
mônstra-
tenses ac-
cessit e
Gratia
Dei Ca-
nobia.

Qui isti &
quot exte-
rerint.

modicam secum supellestem deferentes. Veniunt, inquam, ciues Sanctorum & domestici Dei, portantes pacem; & angelico quodam cultu illuminantes patriam, candorem mentis habitu prætendebant. Erat inter eos recolendæ memoriæ Godefridus Ecclesiæ B. Mauritij in Magdeburgo Scholasticus, vir gratiæ singularis & merito; quemq; cæteri fratres velut cælestem quendam radium sequebantur. Iam voluntas & propositum Deo dilecti Comitis, celebri sermone vulgatur. Iam apotheca sancti Spiritus, quod hactenus erat inclusum omnium naribus aspirabat; totamque inbalsamabat viciniam fracti pectoris alabastrum, ita vt multi dicerent, *Trake me post te, curremus in odore unguentorum tuorum.*

Cant. 1.

Castrum Arnstein in canoniis mutatur.

Ludovicus Comes filius velig ofuo conuersus. Familiares eum sequuntur.

Godefridus ordinatur Abbas ab Adelberone Archiepiscopo Treuiri.

Matth. 18.

Guda comitis Ludouis mansio.

Obitus.

Ludovicus Comes Patronatus in LXXII ecclesijs; quæ omnes ad ecclesiam B. Margarethæ, filiali iure, spectabant. Erat enim sub ipsius iurisdictione Boppardia, Wesala, Villa S, Goaris, Laenstein.

Anno dominicæ incarnationis M. C. XXXIX. Comes Lodewicus cū venerabili coniuge sua Guda castrū suū Arnstein in Treuirenfi diœcesi constitutū, ad laudē Dei omnipotentis, Patris & filij, & Spiritus sancti, in honore gloriosæ & intemeratæ virginis Mariæ, & magnifici Confessoris Nicolai, in manus Godefridi Scholastici & fratrum de Gratia Dei, seq; & omnia sua, libera cōtradidit volūtate. Marquardus etiā Capellanus, & notari⁹ ipsius, Schvikerus quoq; Dapifer & alij Milites quinque, sæculū abdicantes, cū ipso sanctæ professionis habitū induerunt, quorū Pater in Christo iam Dñs Godefridus, ipso tēpore à venerabili Adelberone, Treuironum Archiepiscopo & apostolicæ sedis in Teutonico regno Legato, in generali Synodo solēniter est ordinatus. Fælix dies, qui & Angelis Dei super conuersis peccatorib; est gaudiū, & hominib; de contemptu mūditam imitabile inuexit exemplū. Fælix, inquam; & multa fælicitate donatus ille dies: qui toties illucescit, quoties ipsorum exēplo desiderijs cælestibus peccator ignescit, dum foris claret in opere, q; vnctio sancti Spiritus docet in corde. *Nisi conuersi fueritis, ait Saluator, & efficiamini, sicut paruuli, non intrabit in regnū cælorum.* Non statura paruulos, sed humilitate requirit, quib; regnū cælorum Dei filius in nostra natura paruulus & humilis, reppmisit. Paratur primo omnium dominæ Gudæ comitissæ in sinistro montis latere mansio specialis; vbi mutato habitu, clausa semper, nusquam p̄grediens, strictioris cibi parcitate antehabitas delicias, & numerosa quondā feracula redimebat. Per fenestram modicā diuina frequenter auscultabat officia, psalmis & orationibus intenta; sicque rota natiuitatis suæ feliciter euoluta, XVI Kal. Septembris migravit à sæculo, & ante altare B. Nicolai in sanctuario Basilicæ, venerabiliter est sepulta. Habebat Comesius Patronatus in LXXII ecclesijs; quæ omnes ad ecclesiam B. Margarethæ, filiali iure, spectabant. Erat enim sub ipsius iurisdictione Boppardia, Wesala, Villa S, Goaris, Laenstein.

* vtrum.

* vtrumque, Confluentia, & alia plures villæ Rhenenses; & tota p-
 uincia, quæ dicitur Enrich; quæ omnia veluti stercora reputans, me-
 liorem in cælo substantiam prælegit. Comitiam suam Dominis de
 Isenburg resignauit, quam ipsi dominis de Nassauven & de Catz-
 ellenbogen postea vendiderunt. Hæc sunt autem allodia, quæ
 Deo seruientium fratrum vsibus assignauit, Bubenheim, quod est in
 pago V Vormatiensi cum Ecclesia, decimis, & hominibus, cunctis-
 que redditibus eius, cum omnimoda & integrali libertate. In villa
 V Viessen trans Rhenum XXX. mansos, in villa Nattenhaussen VIII.
 mansos. In V Valtorff, IV. mâs, villam Germerod, cum omni iure;
 etiam curiam Zeberla in Brumbach, vnum mansum, curtim Ho-
 lerich cum omni iure, Salphet etiam cum omni decima. In Singho-
 ben III. mansos. Neue* & Bremta vineas, & agros, & syluas cum de-
 cimis. In * Camp, curiam & vineas, Laenstein curiam & vineas, Ec-
 clesiã sanctæ Margarethæ, præterea curtim Selbach. Et Ecclesiam
 Kirchdorff, cum omni iure & integritate; cum hominib. videlicet
 ac decimis vniuersis, quæ venerabilis Dominus Albero Treuirësis
 Archiepiscopus Apostolicæ sedis Legatus Comiti & fratribus de
 Arinstein, p salute animæ suæ suorumq; successorum, perpetua do-
 natione contradidit, & priuilegijs confirmauit. Ecclesiã quoque in
 Oberndieffenbach / in Endrich quam Hartradus de Merenburg & v-
 xor eius Irmengardis consensu liberorū & heredum suorū Ecclesię
 beati Nicolai in Arinstein ob spẽ vitæ æternæ ppetuo delegauit cū
 hominib. & tota villæ decima, & appenditijs omnib. tam in agris q̃
 in pratis. Totam etiam decimã in Geltendorff & mediam partẽ de-
 cimæ de Serhura, & Foresten quæ dicitur Kamerforst. Et syluã totã
 quæ dicitur Grūstenbach, præter octo arbores, quæ omnia in priui-
 legijs Ecclesiæ plenius exprimuntur. In præfatis. a. Ecclesijs beatæ
 s. Margarethæ Kirchdorff, Dieffenbach, nulla Ecclesiastica psona,
 sed solus Abbas de Arinstein spiritualia iura tenebit, & Synodo quã-
 docunq; voluerit & sicut ipsi visū fuerit, p̃sidebit. Nullus aduocat^o.
 secularisue persona, iuris aliqd obtinebit, sed quicunq; Treuirensis
 Ecclesiæ erit Archiepiscop^o, perpetua tuitioe ab iniuriosorū mo-
 lestia, p salute animæ suæ defensabit. In prædicto. a. Episcopatu, q̃c-
 quid rerū mobilium ad vsus fratrum de loco ad locū transferri conti-
 gerit, ab omni vestigalis exactione & omni erit liberū pensione. Ve-
 nerabilis pater Godefridus super custodia gregis dominici offi-
 ciosa charitate sedulus excubabat, creditum sibi talentum in redi-
 tu patris familias duplicato cū fænore reportare contendens. Hinc
 in fundamento quod Christus est, aurum, argenti, lapidesque
 superædificans preciosos, inde in structura materialis ædificij

* inferius
 Et superius.

Enrich Sel
 Hein-pro-
 uincia, in
 Cattimels-
 boco.

Comitia
 Arnsteinia
 Fundorum
 Et possessio
 num cata-
 logus qua
 Framon-
 stratenf ob
 nenerunt
 ex mancipi
 rebus.

* apud Mo-
 sellam.

* apud
 Poppar-
 diam.

Alberoni
 Archiepi-
 scopi Tre-
 uer dona-
 tio.

Hartard
 de Meren-
 burg celo-
 bris tractu
 Logana co-
 quis do-
 natio.

Godefrido
 Abbatis
 talentum.

ingressum domus & atrij amplificans, excelsos templi parietes erigebat. Erat enim consilio prouidus, opere strenuus, doctrina dulcissimus, miræque humilitatis & abstinentiæ; sicut a contemporaneis ipsius veraci ad nos relatione peruenit. Dum in hac perfectionis

*Fridericus
dux Suevia
Ecclesiam
Münster
Præmon-
stratensi-
bus assi-
gnat.*

specula staret immotus, contigit Fridericum ducem Sueviæ patrem Friderici Romanorum postea Imperatoris secus Ecclesiam, quæ Münster dicitur, iuxta riuulum Primmam cum suis quodam tempore transire, in cuius Comitatu erat etiam Lodevicus, quia consanguineus ipsius ducis erat; & amicissimus existebat: intuensque præfatus dux locum, qui secundo iam, & Sanctimonialibus & viris Canonice, videlicet regularibus, ad diuinum officium deputatus ab omni penitus exciderat disciplina, ita vt canes venatici in sanctuario Ecclesiæ discurrentes; & secundum Prophetam dicentem.

Them. 1.

Propter montem Sion, quia disperijit, vulpes, id est, dolosi ambularent in eo, ex intimo corde commotus est, & amoris Dei Zelo succensus, dilecto comiti, & Conuerso locum eundem cum omni bonorum proprietate contradidit, deprecans pariter & contestans, vt ibidem ob spem cælestium præmiorum monasticæ religionis obseruantiam,

*Ludovicus
Comes
Münster
Ecclesiam
suscipit &
excolit.
Marquardus
Comitis
olim Ca-
pellanus
Monasterio
proficitur.*

ordinaret. Quem ille gratanter, & cum omni alacritate suscipiens, habito fratrum suorum consilio, sex Canonicos de Gratia Dei probatæ conuersationis elegit, adiunctis alijs personis idoneis quas ad hoc opus pater Godefridus assignauit, præficiens Marquardum Capellanum Comitis, qui iam de valle plorationis ascenderat & in domo domini virtutum protectibus, & gradibus innitens cantica graduum mentis iubilo personabat. Hic anno gratiæ M. C. XLIII. venit Monasterium cum fratribus delegatis ad vineam domini Sabaoth excolendam, qualis autem in Christo vitis, quamque fructuosus palmes extiterit; & qualiter in diebus suis, & sibi vixerit, & domini familiæ, ne materiam nostram varius sermo diffibulet, successorum ipsius efferendum laudibus relinquamus.

*Ludovicus
Comes, vir
gines nobi-
les coniugis
exemplo
collectus ex
Bethlen-
trode &
Steden
transfert
in Vallē S.
Maria. quæ
post
Canobium
dominarum
in Nürhen-
bach.*

Subsequenti tempore memorandus Comes, qui totus iam vivebat in Christo secundum Apostolum, quæ retro sunt oblitus in anteriora diem repromissionis & munera per virtutum gradus extendit, & Sanctimonialia, quæ prius apud Bethlentode tunc Steden commorantes, in quarum collegio erant nobilium militum filia de Enrich seruitio domini per exemplum dominae Gudæ comitisse; mancipate, in vallē sancte Mariæ transtulit, de quibus postea canobium dominarum quod Nürhenbach dicitur, transplantauit. Post circulum dierum istorum, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, in Moguntina Diocesi apud Odernheim quidam Ministeriales beati Stephani Metensis Ecclesiæ, domos, agros, & prata

prata in villa **Gummersheim** in laudem Dei pro remissione peccatorum suorum sæpius dicto Comiti votis liberalibus obtulerunt, eo quod frequenter apud ipsos ad allodium suum **Bubenheim** trās-
itum faciens, fama celebris & conuersatione dignissimus haberetur. Ipse vero habita ipsorum cura circa Deum, reuerentia non abusus ibidem super **Sellam** riuiulum in honore Dei Genetricis & beati **Ioannis** Euangelistæ **Oratorium** construxit, Sanctimonialibus adunatis. Locum autem eundem ab omni aduocato sæculari, omni iure parochiæ de **Dernheim** post decimam, quam dominis **Metensibus** soluere debent, qui hoc opusculum legerit, sciat penitus emancipatum.

*Gummersheim
Sanctimonialium
se-dem ex-
struit in
fundo Me-
tensis Ec-
clesiæ.*

Feruebat interim in ædificio domus domini quotidianis exercitijs & laboribus fratrum de **Arinstein** socialis ac beata communio, & in opere manuum quod omnes generaliter, & singuli specialiter promouebant, qualis esset mentalis concordie disciplina, facile poterat coniectari. Nullus ibi torpebat ocio, nullus laborem finge-
bat in præcepto, quia finis præcepti caritatis mutue vinculo coharebat, vere humiliatum est in laboribus cor nostrum, quibus quotidianum martyrium & humilitas mentis & carnis afflictio fuit in frequenti sufferentia paupertatis. Alij frangendis muris **Castrensibus**, alij cõplanandis areis insistebant, alij trabes & ædificiorum ligna ducebant, alij rupis eminentiam præscindebant, cuius ut ferunt altitudo adæquabat quod nunc est monasterij summitatem. Quis excogitare poterit tot feruorum Dei labores, quis æstimare sudores? Nouit solus retributor præmiorum qui remunerauit plurimos ipsorum, quibus amodo dixit Spiritus, requiescant à laboribus suis. Eo tempore viue memorie pater **Godefridus** año XII. quo fuerat supra domini familiã ordinatus, ingrauescente carnis molestia III. Idus Octobris in itinere **Præmonstratensi** feliciter obiit sepultusq; apud **Vandegorin**, cuius ossa postmodum in **Ecclēsiam** suã honorificè delata ante altare beatorum **Apostolorum** **Petri & Pauli** debito cum honore sunt posita. Post cuius transitum ad prælationis officium successit **Eustachius**. Ipse vir virtutis, & gratiæ singularis, ut merito ipsi & cura dominici ouilis, & rei gubernatio temporalis crederetur. Huius temporibus quidam Sacerdos nomine **Godefridus** **Ecclēsiam** quæ **Beselich** nuncupatur, quam in parochia **Dietkirchen**, consensu domini **Alexandri Treuirensis** **Archidiaconi** construxerat, cum omnibus attinentijs animalium, scilicet & fructuum intra curiam constitutis, fratribus de **Arinstein** contulit, ob spem salutis æternæ, ut iidem fratres ibidem miserarum solemnia perpetuo procurarēt: qui etiam conuentū **Sancti-**

*Arnsteinianorum
cœnobij
disciplina,
& exerci-
tatio.*

*Labor in
castris mu-
ris, ruinis
& mentes
ipso aqua-
dit.*

*Godefridi
Abbatis
obitus.*

*Eustachius
successor.*

*In Beselich
monialiũ
catus colli-
gitur.*

*Alexander
Archidia-
conus Treu-*

is Lu-

*beny in
Dietkir-*

chen

*Casenellen-
lenboggi
Domini
advocatio-
ne Basslich
se abdicant*

*Hillinus
Treurorum
Arch. su-
selam loci
suscepit.*

*Inducio
Comitis
praconium.*

*Memorandum
vult vel si-
mile deesse
videretur.
Eccles. 4.
Comes.*

Fundator-

monialiū ilico dirigētes primitias Dño dabāt, dedicauerūt bonorū operum ex prouētū. Erant eiusdē loci Domini de **Casenellenbogen** tunc temporis Aduocati: sed ipsam Aduocatiā pro amore Iesu Christi & intemeratæ Matris eius, cum omni iure totaliter abdicantes, in manus fratrum prædictorum & Conuersi Comitis cum integritate omnium infra curiam existentium libertate perpetua tradiderunt. Quem locum Hillinus eo tempore Treurorum Archiepiscopus, & Apostolicæ Sedis legatus sub tuitione sua, suorūq; successorum suscepit speciali gratia defendendū. iam dicto Alexandro Archidiacono ius suum in ea re penitus resignante. Et ad maiorem & perpetuam facti huius firmitatem, statutum est, & priuilegijs confirmatum, vt etiam memorato Treurenſi Archiepiscopo aureum denarium, vel duodecim Confluentinæ monetæ denarios argenteos annuatim persoluere teneatur.

Sed iam nunc ad ipsum, pro quo materia tota sumpsit initiū, reuertamur, lectori quod de Conuersione ipsius & transitu spon- dimus, exsoluamus. Audisti, lector, in superioribus, si non excidit à memoria, de progenitoribus viri, de ingressu pauca, & progressu; audi nunc & mirare nobiscum, vt miremur ea saltem, quæ imitari non possumus: nondum enim tornatiles, nondum plenas hyacinthis manus habemus vt sint ad eleemosynam porrectæ cum Lucis exemplo, vt ad modum torni promptissimè ad opera quantumlibet subtilia per amorem Domini facienda. * Audi Comitem, audi fundatorem, audi pariter & Conuersum. Miror ego in hominem vnum tria hæc adiectiua cōuenisse. *Certe iuxta Salomonem, funiculus triplex difficilè rumpitur.* Cum audieris Comitem, non attende profapiam, quia stulta mundi & ignobilia Deus elegit: sed mirare triumphalem temporalium rerum Contemptorem. Contempsit enim nomen & genus, sæculi diuitias & honores, vt nudus nudum Christum sequeretur, quatenus poenas euaderet diuitis purpurati, abnegauit post omnia, quod difficillimum, & seipsum. Nunquid non plura pro Christo reliquit? Etiam. Quid? in vxoris corpore, molle femur. Qui reliquerit, inquit Saluator, inter cætera vxorem, & filios, centuplum accipiet. Iam centuplum hic surgit contra infinitum, quia surgit & crescit infinitas præmiorum. Sed fortasse diceret aliquis, quod hoc obesse non poterat ad salutem; audiat, quid Euangelicus dixerit excusator, Vxorem duxi; Et ideo non possum venire. Cum audieris Fundatorem; futurorum bonorum considera prouisorem, vbi Christus existens Pontifex semel in sancta per propriū sanguinem introiuit. Qui dormit æstate, mendicabit hyeme. Prouidit er-

go in posterū, quia tot salutis suæ reliquit obsides, quot patrimonij sui habebit hæredes. Fundauit seipsum; imo sanctæ professionis studio fundauit alios virtutis exemplo; ideoque superedificari meruit in Ecclesiæ fundamento. Cum audieris conuersum, bonorum operum intellige sectatorē. Nam sponso, qui in cœlis est, perenni mente actu & habitu maluit applicari, non iam conformis huic sæculo, sed reformatus spiritu mentis suæ. Conuersus enim est effectus, at paruulus elegit abiectus esse in domo Dei, per viam humilitatis signifer & præuius antecedens, quia, vt ait quidam; *Componitur orbis Regis ad exemplum*, & vita quis melius, quam verbo docetur. Quid de charitate, quid de eius compassione dicturus sum, qui totus semper misericordiæ visceribus affluebat. Ibat sæpius in glaciali frigore pellicijs nudatus ac tunicis, quibus calefacta sunt algentia membra viduarum. Testantur hæc voces pauperum, quæ ad aures incircumscripti spiritus peruenerunt, quibus & victum sæpè latenter & amictum per humeros furtiue dimisit: non inferior hac virtute S. Martino, qui dimidiam chlamydem, quum isse totum frequenter dederit indumentum. Hoc tempore felicis memoriæ Eustachius Abbas cum XXIX. annis in castris Domini strenuè militasset, solutus carnis ergastulo, Deo, apud quem mortuorum spiritus requiescunt, tradidit animam, succeditque illi Richolffus, cuius multa in procuratione domus Dei inueniuntur insignia probitatis.

*Conuersus.**Eustachij
Abbas
mors.**Richolffus
Abbas
succedit.*

Huius anno sexto venerabilis Comes & conuersus sicut sæpè solebat per Abbatibus licentiam Ecclesias, quas fundauerat, & ipsorum prædia visitandi gratia circuibat. Et dum ad cœnobium Dominarum *Gummerseheim* deuenisset, viribus corporis destitutus sensit mortis adesse discrimen: securusque de præmio cupiebat dissolui, & esse cum Christo. Aliquantis autem diebus febriens ab Abbate Monasteriensi Burchardo & Præposito Flanheim Werenboldo & præfati loci Sacerdotibus, Sacramentis cœlestibus & Ecclesiasticis solemniter est imbutus, & totus cœlestium flagrans desiderio, valedicens omnibus VIII. Kal. Nouemb. latantibus angelis plenâ felicibus meritis animam transmisit ad Christum: Ad cuius exequias tota ferè vicinia confluebat. Cōditus est pro tēpore duabus noctibus apud Gummerseim: Tertia apud Eberbach; quarta apud Ecclesiam Kirhdorff; quinta apud Ecclesiā B. Margarethæ. Sexta demū die Comitibus de Nassauu, de Carzenellenbogen, de Dietz, & Dominis de Henburg feretrum portantibus apud Ecclesiam suam Arnstein cum maximo deponitur eiulatu. Quanta ibi lacrymæ, quanta suspiria & quantus fuerit sexus vtriusque con-

*Ludovicus
Comitis
agritudo.**Sacramen-
torum per-
ceptio
Mors &
exequia.**Comites
Ludovicus
parentes.*

cursus,

curfus longè facilius æstimabitur, quam scribetur. Sepultus est autem ante altare pontificis beati Nicolai, eiusdem Ecclesiæ patroni, in die Commemorationis omnium fidelium animarum, anno gratiæ M.C.LXXXV. anno autem à fundatione dictæ Ecclesiæ XLVII. sub Abbate Richolfo.

*Sanctorum
circa res
nostras
perspicax
cura.*

Ecclesie-12.

Accipe iam lector breuem & simplicem paginam, quam descripsi, tanti viri virtutibus imparem, quam nullum iactantiæ vitium, teste conscientia, fermentavit, sed sola sepultæ materiæ negligentia ad id, quod videtur, eduxit. Innouent & corrigant de charitate qui volunt, non etiam reclamabit ad limam, quæ doctioris ingenij calamum iam expectat. Date fratres, & domini date veniam, & quid tantis cineribus debeatis, attendite. Ne, quæso, pro nihilo terram desiderabilem habeatis, ne vnde gratiam & meritum, inde teneamini pœnas & supplicia reportare. Sequitur nos, & insequitur, ac per omnes locorum angustias, ingreditur oculus pij Pontificis Nicolai, penetrat abdita, rimatur occulta; videt, & se videri non vult à nobis. Non ergo simus ingrati de beneficio, vt eius nobis patrocinetur oratio. Sed finem loquendi omnes pariter audiamus. *Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo; id est per hoc erit omnis homo, subaudi, perfectus. Ad hanc perfectionem & coronam regni, qui nos inuitavit post mortem carnis, inducat Iesus Christus Dominus noster. Amen.*

EXPLICIT OPVSCVLVM GESTORVM
COMITIS LVDEVICI FVNDATORIS
NOSTRI.

IN

IN VITAM B. M.
LVDVVICI ARNSTEINII
COMITIS ORD. PRÆ-
MONSTRATEN-

S I S.



RSTEINIVM in Loganæ tractu clarum est familię Prę-
monstratenſis Monasterium; de quo copioſe nos in No-
titia Monastię Treuerenſis diœceſis pertractauimus.
Ab aquila vitę Scriptor nominis originem deriuat. Lo-
corum periti ab Aura riuo, qui contra Arnſteinium in

Loganam inſuit, trahi malint.

Colonia hæc Aſcetica ex GRATIA DEI, id cænobio nomen fuit
ad Salam amnem in Saxonia condito, deducta. Godefridus cele-
bratur primus Abbas, ab Alberone factis inclito Treuironum Ar-
chiepiſcopo, circa Salutis annum MCXXXIX. ordinatus.

Vitę Scriptor prope ætate æqualis, etſi more ſcholatiſtico alicu-
bi diffuens luxuriet, grauitè tamen nec indoctè narrationem ab-
ſoluit, & noſtris quoque lucubratiunculis lumen alicubi non exi-
guum accendit. Ceterum, quia Scriptor præter ea, quę ad historiã
pertinent, vix quicquam quod obſcurum ſit attingit, opus hic eſſe
non putauit vel inſidias auribus facere, vel onerare lectorem ſuper-
fluis.

Tota Prouinciã quę dicitur Enrich

De Enrichiæ vel Heinrichiæ pago nos alibi; & hic in Releſtione.
Vulgo ditionem hanc nunc appellant *Enrich* / ſiue *auff den Erich*.

SORORES B. M. Luduici in quas nupſerunt Comitum familias, vna
dempta Naſſouicia, omnes exſtinctę ſunt; etſi Linea feminea in
ſtirpibus nonnullis, quibus agnata cum hæreditate ſucceſſio viuat.
Plerique clientes extitere Treuerenſis Eccleſiæ.

QVARTA NASSAVVEN DESPONSATA.

Capita huius ſtirpis mutile quidem edita, hinc quoque illuſtra-
ri poſſunt.

H h h h

Vale-

Valeramus. N. Arnsteinia Luduicf
 Ex his Senioris F.
 Rupertus Arnoldus, Demudis
 Valeramus--Cunegundis. Rupertus Arnoldi F.
 Henricus-Rupertus vir bellicosus & in
 terra sancta defunctus
 Embrico Diethfa Comes -Demudis Nals.
 Henricus
 Eberhardus
 Dietzæ Comites

Catzenle- Bertoldus & Dietherus Comites de Catzenlebogen.
bogensis

stirpis ini- Nec minus obscuram huius stirpis Comitum originem, & ge-
siura. nealogiam interruptam, vel hinc emendare & restituere liceat.

N. Com. Catzenlebogen-- Adelheidis Lossen C.

Dietherus I, Bertholdus filij

Humbertus. Dietherus II. Eberhardus Episcopus

Dietherus I. anno MCCXIX. Terram Sanctam adijse traditur.

Comitis-
tan supe-
rior est im-
terior.

Comitatus hic olim bipartito diuisus. Superior Weterauiæ, O-
 donis saltu & Rheno inclusus Dermstadium caput habet. Inferior
 apud Inferiorem Rheni limitem, Einrichiæ solo saltuque continer-
 tur, cuius primarium oppidum Catzenlebogen, gemina arce ma-
 gis, quam alio cultu visendum.

Habebat Comes Lud. ius Patronatus in LXXII. Ecclesijs.

Patrona-
tus abu-
sus.

Telum hoc quoddam fuit amentatum, ad iugum seruitutis im-
 ponendum Ecclesijs, quando Patronatus non dotis aut nouæ con-
 structionis, vel causæ similis argumento, nitebatur, sed, vel ab Impe-
 ratore vel Archiepiscopis, belli vel obsequij intuitu Dynastis bene-
 ficij loco velut in manus traditi, vel ab iisdem vi & armis, aliove non
 iusto titulo, vsurpati.

Opes vete-
rum Comi-
tiarum.

De Luduico Comite non habeo dicere, quo colore iuris vim
 tantam Patronatum adeptus sit. Non negat vite Scriptor, magnas
 ex arce gentilitia olim prædas actas; & in seffores Comitisque Cli-
 entes parum de proprio, totum de alieno possedisse. Obseruatum
 mihi in Lutzeburgijs & Namurci Comitibus, & antiquis Lothari-
 ensium Palatinis, præcipuum eis patrimonij fundum, ab Ecclesia-
 rum & Monasteriorum decimis & dotibus, & iure Aduocationis &
 Patronatus, extitisse.

In villa Viessen trans Rhenum XXX. MANSOS.

Mansorum
modus est
fructuosus.

De Mansis fat multa ad Fuld. Antiq. lib. III. Monent me periti ta-
 lium, tractu Loganæ quemque Mansum vetera cum nouis compo-
 nendo, arui culti vel soli arabilis triginta iugera complecti, præter
 pisci-

piscinas, pascua, siluas, quæ Mansis includi solent. Euariare tamen
fructum pro loci & temporis natura.

Albertus Crantzius lib. IV. V Vandalię c. XXV. & XXIX. men-
suram appendit cuique Manso Holsaticę ditionis * modios o * *maldro;*
ætonos siliginis & totidem auenæ; alibi denos tantum sili-
ginis aut tritici in prouentu
collunt.



I N D E X.



I N D E X
 I N O P V S C V L V M
 G E S T O R V M

B. L V D E W I C I.

A.

A lexander Archidiaconus Treuerensis.	13
Arnsteinium Castrum.	5
Arnsteinium olim sedes praedonum.	6
Arnsteinium mutatur in Cænobium.	10
Arnstenij Castri origo. 17. situs, & distantia à Rheno.	5
Arnstenianorum religiosorum, disciplina, labores, exercitia.	13
Arnoldus S. Ludewici ex sorore nepos, Comitis Nassouij filius.	6

B.

in Beselich monialium colligitur cætus.	13
Bubenhemium adsignatur religiosi.	11
Burchardus Abbas Monasteriensis Sacramentis munit S. Ludewicum agrum.	16

C.

Catzenelnbogen Comitatus. 6. diuisus in superiorem & inferiorem.	18
Catzenelnbogensis stirpis origo, & propagatores qui.	18
Catzenelnbogen oppidum.	18
Cænobij, Gratiæ Dei descriptio.	9
Comites, qui & quot admoti ferendo S. Ludewici feretro.	15
Comites Catzenelnbogij se abdicant Aduocatione Beselichensi.	14
Conuersionem meditantibus quæ soleant obijci remora.	8.9

Diethe-

I N D E X.

D.

Diethesij Comites.	6
Dietkirchen adsignatur Arnsteinianis religiosi.	13
Dursta riuus.	6

E.

Enrichia, vel Henrichia.	18
Eustachius successor Godefridi in Arnsteiniana Abbatia.	13

F.

Fridericus Dux Sueuia Ecclesiam Munster adsignat Pramonstratensibus.	12
--	----

G.

Godefridus Abbas Arnstenii primus, ordinatur ab Adelberto Treuirensi Archiepiscopo.	10
Godefridus Abbas I. moritur.	13
Gratia diuina miranda efficacia in corde hominis.	8
Guda Bonneburgica, S. Ludeuico matrimonio iungitur.	7
Guda conuiuit Ludeuico sine prole.	7
Guda obsistit initio Conuersioni Ludeuici coniugis, demum lubens annuit.	8
Guda conuertit se Coniugis ad exemplum: moritur.	10

H.

Hartradus de Merenburg, qua relegarit Arnstenianis.	11
Hillinus Archiepiscopus Treuerensis.	14
Hungari Barones duo, mariti duarum S. Ludeuici sororum.	6

L.

Logana fluuius.	5
Loffensis Comes duxit in coniugem sororem S. Ludeuici, & quos habuerit filios.	6
Ludeuicus senior Comes Arnstenij.	6
Ludeuicus senior, moritur: sepelitur, & ubi.	7
S. Ludeuicus Iunior Comes Arnstenij, nascitur heres vnicus Comitatus patrij.	6
S. Ludeuicus incipiens conuersionem suam, requirit consensum uxoris. 8 accersit Pramonstratenses ex Cænobio Gratia Dei. 9. resignat suum comita-	8

I N D E X.

<i>mitatum Comitibus de Isenburg 11. ingreditur religionem. 11. Extruit Gammershemium, in fundo Metensi, sedem Monialium. 13. Suscipit Ecclesiam Münster. 12. transfert nobiles Virgines, conuersas exemplo suo coniugis in vallem B. Mariae, quae postea Cænobium Dominarum Nührbach. 12. Quanta bona reliquerit Arnsteinianis. 11. S. Ludeuicus in Gummarsheim aegrotat: munitur Sacramentis, moritur: 15. sepelitur.</i>	16
<i>S. Ludeuici Epicedion ex membranis antiquis. 4. Laus à prosapia nobilitate. 5. à magnis animi & corporis dotibus.</i>	7. 14. 15
<i>S. Ludeuici sorores septem. 5. quibus desponsatae: & quorum parentes.</i>	6
<i>S. Ludeuici familiares, secuti exemplum eius conuersionis.</i>	10. 16
<i>S. Ludeuici exequia.</i>	15
<i>M.</i>	
<i>Mansorum Arnsteinianorum modus, & fructus.</i>	19
<i>B. Margareta templum.</i>	7
<i>Marquardus olim Capellanus Comitis, sequitur exemplum Conuersionis. 10. proficitur Monasterio.</i>	12
<i>N.</i>	
<i>Nassonia stirps. 6. 17. Ex ea Comites & Comitissa. 18. in Nattenbusen occisa mansi traditi religiosi à Ludeuico.</i>	11
<i>S. Norbertus Archiepiscopus Magdenburgensis fundator Praemonstratensium ordinis.</i>	9
<i>O.</i>	
<i>Otto Diaconus auctor S. Ludeuico ingrediendi ordinem Praemonstratensium. 9. Construxit Ecclesiam, Gratiae Dei.</i>	9
<i>P.</i>	
<i>Palatinus Comes de Tübingen duxit in uxorem, S. Ludeuici sororem.</i>	6
<i>R.</i>	
<i>Richolfus succedit Eustachio Abbati.</i>	15
<i>S.</i>	
<i>Sancti res hominum curant.</i>	16
<i>Scriptoris opusculi huius institutum & demissio animi.</i>	5
	Stilus

I N D E X

Stilus etiam humilis incunditate non caret. 5
Sutphaniensi Comiti nubit soror S. Ludewici. 6

T.

Tempus re omni pretiosus. 5

V.

Vdilbildis Ludewici senioris vxor. 6. Mater sancti Ludewici Comitis. 16.
Meritur; & ubi sepulta? 7. VVenkirchen pradium Comitum Arnste-
nianorum. 7

Vitia domesticorum & sabditorum, obstruunt laudi superioris. 8
 VV.

in VVissen XXX. mansi pro religiosis Arnsteinianis. 11



VITA

I N G I

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

8

7

6

5

4

3

2

1



ATIV